A 1927

XXVII.

BIBLIOTHECA ACADEMIAE SCIENTIARVM HVNGARICAE
MDCCCXXVI

1964

FOTO
NR

MTA KÖNYVTÁRA
KÉZIRATTÁR

JOGTUD. ÁLT. 8° 6.

KÖVY, ALEXANDER
JUS CRIMINALE
SCIENTIA POLITICA

KÉZIRAT, 1805-1841. 89 f.

KÖVY A.

Jus criminale modus licationis scientia politica

MTA

Fogl. Alb. 8° 6.

Caroli Dizoni Stipt.
1805.

Jus Criminale.

in generalibus ejusdem principiis.

Observationes ad modum Dicationis & manifestum Josephi IIi ad Contributionem etem

Scientiâ Politicâ in Conspectu

quid fundamenta ruerus Juris Criminalis etiam deprimunt.

ab Auctore Alexandro Kövy.

Nationali Societati Ungarae dono offert. Nyék 1844. 5a Octobr.
Carolus Dizoni Stipt.

EVANGÉLIKUS KÖNYVTÁRA

Typis notis Ungaricis Hungarae legislatio sic coordinaret civitatem

DE IURE CRIMINALI.

Observationes Generales Juridico-Politicæ.

§ 1ª.

Legislator norum Codicem Criminalem adornaturus, ante omnia debet Principium defigere, ex quo intelligatur, quæ actio, & quantopere possit puniri.

§ 2ª.

Finis Juris puniendi, prout idem reliquorum Jurium Majestaticorum, seu Jurium: existet pœnarum est: Securitas Jurium, quæ singulis circa singulos competunt. Ita ergo sat pœna est legitima, quæ ad periculum averrendum, sola, & unica absolute necessaria, & sufficiens simul est.

§ 3ª.

Principium punibilitatis quoad Legislatorem est; itaque hoc: Omnis actio, quæ Statum Juris turbat, est Delictum, & penalis, quo major est periculum, quod ab actione, e Statui Juris hominum imminet, eo major est punibilitas.

§ 4ª.

Gradus periculi, adeoque punibilitatis intel-

M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

intelligitur ex ipsa actione in abstracto sumta, absque respectu ad agentem, Punibilitas Objectiva. Vel vero ex actione cum agente considerata, Punibilitas Subjectiva.

§ 5ta

Principium Punibilitatis Subjectivæ est hoc: Duo fortiores sunt stimuli, & motiva ad agendum determinantia, eo major est punibilitas.

§ 6ta

Principium Punibilitatis Objectivæ est hoc: Duo majus, & irreparabilius est Jus læsum, eo major est punibilitas.

§ 7ma

Principium punibilitatis illud Subjectivæ: Duo liberior est actio, eo magis est punibilis, quod fere solum hactenus mensuram pœnæ faciebat, ita est sequendum, ne ex regione Juris, ac Fori externi, in regionem Ethicæ transiliatur. Periculosum est, nedum Judex Criminalis, vi illius Principii in actionis Moralitatem inquirit, semet in arbitrium Conscientiæ conformet. Hoc

verum

M. AKADÉMIA KÖNYV-TÁRA

verum est, quod naturalem tantum actionis cum Lege convenientiam, vel disconvenientiam ~~cum lege~~ perspexisse Judici, ut illam imputare possit, non sufficere; verum etiam requiri, ut actio ex libertate profecta fuerit, ut etiam formaliter, & Subjective illegalis sit, si talis sit, illa quidem actio revera etiam immoralis est, sed hoc quoad Juristam, per accidens tantum fit. — Ille reducit actiones, unice ad Leges Juris, & Sociales, non quærit an malæ sint actiones, verum tantum Injustæ.

§ 8va

Actio itaque per mechanicam coactionem producta, non quidem est objectum pœnæ, gradus tamen Libertatis non est ea mensura unica punibilitatis Subjectivæ. Sceleratus ille, qui tantopere induxit, ut habitum in male agendo contraxerit, parum Libertatis habet, ~~sed~~ eo tamen maxime periculosus, & punibilis, quamvis jam, velut quodam mechanismo, absque omni consideratione, Legem unice propterea transgrediatur, quia est assuetus.

§ 9a

§ 9ª.

Pœna est unicè ex respectu, quo ad Delictum dictandum, propter nullum licèt emolumentum maximum, seu finem secundarium, potest Legislator in determinanda pœna, quoad substantiam, & gradus illius a rigore Juris, vel latum ungvem recedere.

§ 10ª.

Ut alii deterreantur, ut delinquens emendetur, aut futuris actionibus occurratur, hoc in substaam, & gradum pœnæ nullum influxum debet habere, nullo vel minimo malo pt delinquens ex his finibus affici, & nonnisi per formam externam, & modum pœnæ infligendæ habet Jus Legislator, ut hos fines, si qua fieri possit, attingere studeat. Hoc per accidens fieri potest, & bonum erit, si delinquens emendetur; sed cum potestas civilis differat a potestate disciplinaria, cui pueri subsunt, id tantum agere debet, ut ne difficiliorem emendaom reddat, verum

inferiùs capite VIII.

verum illam adjuvet, non id, ut illam pro fine habeat. Bonum est illud, si alii deterreantur, Sed ille finis non est pœnæ, verum Legis, quæ pœnam ordinavit. Lex penalis non habet præ oculis futuram possibilem læsionem, ne continuetur ulterius, adeoq rem jam factam, non futuram, alter est finis Legem ferentis, alter punientis.

§ 11ª.

Ut quod plerum Juris alicui non violet, licet Peccatum sit, non ît per Legislatorem puniri, sed Deo, & Conscientiæ permittendum, donec vel jus singulorum vel securitatem totius non violet, aut mediis per Rempublicam, securitati procurandæ, educandis, & formando Populo institutis, impedimento non sit, sic enim Peccatum morale degeneret in Delictum, & Crimen, ita ut jam non tantum averti, verum etiam puniri debeat.

§ 12ª.

Ut pœna sit scopo conveniens, debet alliciendibus ad delinquendum motivis, sua natura opposita fortiora motiva,

vel

vel aque fortia in se continere ut delinquere volens persuadere possit, ex Delicto committendo, non illicò Bonum apparens, quod desiderat, sed illius oppositum, quod maxime averfatur, esse secuturum, pœna itaque debet ex causa; & spiritu Delicti desumi, in genere omnia Delicta præsumuntur ex desiderio vitæ Legibus solutæ, hinc restrictio Libertatis Civilis, quæ pœna deprehenditur in Spiritu omnium Delictorum. Delicta libidinis, & Voluptatis, dolor corporalis. Delicta ex studio commoditatis, & de fundi, labor; avaritiam, mulcta, ambitionem suppressio, exhumiliatio debet sequi.

§ 13ª.

Præcisè nihil relinquendum est arbitrio Judicis; si Prædicata actionis, per Legem determinata adsunt, punire debet Judex, - seus nunquam, - quia alias, - judicia non causa Boni publici putabunt pœnire esse introducta, in illisque non justitiam, verum jus

fortioris, ~~verum jus fortioris~~, & vim physicam metuent.

§ 14ª.

Fructus sunt pœnæ, si delinquere volenti, spes pœnæ aufugiendi non adimatur. Hoc fiet 1mo Si ordinationes ~~publicæ~~ politica ad delegendos malefactores, ampliores inducantur. 2do Si omnibus civibus, obligatio delinquentes denuntiandi, sub gravi pœna imponeretur. 3tio Si aggratiatio raro, vel nunquam fieret. 4to Si præscriptio Locum in Criminalibus non haberet. 5to Si ope, dignitas, character, loco alleviationum circumstantiarum non esset.

Observationes Speciales.

Quid possit? quid non possit puniri?

§ 15ª.

Omnes tales actiones debent puniri, quæ Jus alterius violant, quæ terminos, & Cancellos reciprocorum Jurium, quæ singulis singulos habent, transgrediuntur, focius Sociale turbant, & hostilem animum

MAGYAR KÖNYV-TÁRA

mum contra legalem aliorum Libertatem, & immunitatem a læsione produnt. Hinc

1°) Quod Magi, & Sagæ hodie ex Codice Criminali proscribi debeant, monere supervacaneum est. Stupidi, & ægri, institutione medica egent; Impostores vero qui sunt, coërcendi pœnis.

2°) Hæresis pariter non est Objectum Juris Criminalis, quia est res Conscia, vel Juri interni, & semper est reciproca, quia quem Ego Hæreticum puto, ille me pariter talem putat, hinc tantum reciprocum esset Jus puniendi, quod est absurdum. Si quis Ergo opinionem suam privatam modeste, & absq receptarum opinionum vituperatione proponet, Silentium quidem ipsi imponi, aut opus ejus per Censuram prohiberi potest quidem; verum unice propterea, quod nobis errare videat, puniri non potest.

3°) Peccata, & Immoralitates, quibus, & in quantum illis Sphæra Juris alior

non vi-

non violatur. v. gr. Non Deus quidem Legislator in jura Dei involare, nec potest absque crasso anthropomorphismo, Deum, velut quamdam humanam substantiam, vindictæ humanæ indignam, sibi repræsentare. Occurrunt tamen tales Immoralitates, quæ tolerari, & inimunes esse non possunt, hæ in tantum puniri debent, in quantum tranquillitati publicæ nocerent. V. gr. Blasphemia in Deum, cultum sensu puniri debet, in quantum adoratores læsi, contemtui habiti fuerint, ne videatur, per ejusmodi delirantes, & sceleratos alii tantum corrumpi, & seduci, sicque tranquillitas publica subinii possit. Cæterum non debet Legislator oblivisci, finem pœnarum, non transcendentalem, aut moralem emendationem, verum Securitatem Civilem esse, adillam vero sufficere, ut quis a læsione abstineatur, licet id non ex defectu moraliter emendato, pio, & Christiano faciat, reliquum Deo, & Conscientiæ committendum.

4°) Sui

4°) Suicidium pariter non ad Jurio, sed ad Doctrinæ Moralis regionem spectat, consequenter non est Objectum proximum Civilium. Legimus Xerxem, Mare virgis cædentem; idem fecit, qui cadaver inanimatum pupit; aut vero ut Weikard observat, non credit Statum Existeam, sed Materialismum fovet. Qui mortem non metuit, aut quod plerumque accidere solet, ex Melancholia, et Desperatione semet occidit, non curat dedecus humano cadaveri infligendum, exemploque tali, nihil movetur. hæc ex Cura, — Educatione, sana Ethica, Institutione religiosa, & denique Medicis committenda.

5°) Delicta carnis simplicia punire in regula non est Objectum Civilis Potestatis, quia pertinet ad Ethicam, non ad Doctrinam Juris; quia non est Jurium Civilium læsio, qui se degradat infra dignitatem suam, ille immo-

immoraliter agit, impingit in morum Doctrinam, quod est Fori interni. Qui alterum lædit injuste agit, & impingit in Jus ejus, estque Foro externo obnoxius. Quod injustum est, est etiam immorale, sed non vice versa; Si vero Voluptatibus deditus, cupiditatibus suis, absque aliorum læsione manifesta, scandalo, satisfacere nolit, ut Scorta, sive pro mercede, hoc quod semet jam ad Classem Brutorum degradaverint, se se vulgo prostituant, sicque Statui publico, periculosa esse incipiant, tunc demum excessus, qui antea Peccatum erat, in Delictum, & Crimen abit. Prater dicto casus, præstat dissimulare, aut leviter tantum punire, quam severius persequi, quia pœna quælibetcunque, exstirpando huic Delicto, hactenus insufficientes deprehensa, nec in posterum aliud efficient quam ut libido, aliis multo periculosoribus

ribus modis, & viis semet exhau-
riat; quod si tales Adolescentibus
Educatores contingerent, qui miste
rium propagationis generis humani,
cum ea, quæ necessaria est, circum
spectione, naturæ detegere, teneros q
animos, solidis, & generosis prin-
cipiis imbuere valerent, sicque
effervescenti deinde ætati nihil novi,
& ignoti incurrere et, hac unica ratione,
malo huic, quod ipsum fontem multi-
plicationis hominum veneno adficere,
massamque totam generis mortalium
lenta labe conficere minatur, occur-
ri posse sapientes perspexerunt, ni-
hil aliud hic, nisi vel totalis defec-
tus, vel summus gradus Culturæ
† veri Nominis juvat. Cultura etiam
veri Nominis est: Intellectus illustratio,
† & Cordis emendatio, reliquum non est
Cultura, verum Luxus, vel Corruptio.

§ 17ª

Quæ pœnæ sunt applicabiles?

Qualitas

Qualitas pœnæ pendet ab eodem fonte,
ex quo necessitas, et finis pœnæ depen-
det, ut scilicet Sphæra juris, cir-
cum competentis, circa hostilia civium
molimina ita tuto collocetur. Si plus
mali infligatur delinquenti, quam ad
finem dictum requiritur, est injustum,
si minus, est inane. In forma pœ-
næ determinandæ, non vero in ma-
teria, & gradu illius potest Respu-
blica etiam emendationem Delinquen-
tis, et exemplum pro aliis, qua fines
cæteros, pro oculis habere.

§ 18ª

Possunt pœnæ tangere, vel jura Connata, vel acquisita. Ad 1.um referunt
Amissio Vitæ, pœnæ corporis afflictivæ. Ad 2.um Amissio bonæ existi-
mationis, Facultatum, Exilium, Re-
legatio, Deportatio, Amissio Officii.

§ 19ª

Pœna Mortis, tantum tunc debet adhi-
beri, cum nulla alia pœna, ne perpetua
quidem Captivitas, succedere et. Huc
refer-

K. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

reserci possent sepe Perduelles, Homicidæ deliberato animo idem patrantes, Incendiarii.

§ 20ma.

Pœna corporis afflictiva, ut Baculi, virgæ, Scuticæ &c.ꝝ arcta custodiæ hominum, quæ jactura libertatis, & famæ parum movetur, nec animi doloribus magnopere tangitur, & cujus longior domo absentia, magno suorum, & rei familiaris cum damno connexa esset, adhiberi potest, & debet. Cum hæc pœna servilis plane sit, & homines nimium quantum abjiciat, charactere[m] omnem, & pudorem eximat, homines tales licet ignobiles, de quibus, ut & ipsi, & alii bonam opinionem habeant, Reipublicæ interest, non temere hoc modo puniendos esse.

§ 21ma

Captivitas in Fortalitiis, Carceribus, Domibus correctoriis, ut plurimum tantum cum la-

cum laboribus diversi generis connexa, nec valde debet, ne laxa, & liberalis, ne malefactoribus, ad eam bretus rationem, ut sæpe factum, aspirandi occasio detur; nec valde dura, & restricta, ut spes emendationis supersit possit, videndum tamen, ne ex captivis quædam quasi Societas malefactorum formetur, ex quâ nonnulli pejores egrediantur, quam erant ingressi.

§ 22da.

Pœna infamiæ, pro continuo nunquam debet dictari, nisi velit Civitas hostem hunc in sinu suo alere, illi media vivendi, se emendandi, injurias sibi illatas vindicandi, auferre, necessitatem ulteriùs delinquendi imponere; hæc ita nonnisi, qua pœna Mortis, vel perpetuæ Captivitati adnexa esse potest. Cæterum jactura quidem honoris, cum omni pœna connexa est; tamen et nonnunquam Delictis, præcipuè ex Superbia, infidelitate in rebus officii, illicita

MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

muni-

municorum ambitione, abusu potestatis publicæ, & id genus. [illegible] enatis, prostitutio infamatæ [illegible] sexcum collo applicitum, cum ista moderatione ne homines, huic pœnæ generis adfecti pudorem exuere discant.

§ 23ª.

Pœna, quæ Facultates, seu Bona tangit, rarissime adhiberi, & semper cum pœna Corporali conjungi, nam secus, vel pro financiali Speculatæ, vel peditiores pro Taxa Delicti habebitur. Delictis ex otio, avaritia, & habendi cupidine enatis, hæc pœna est accommodatissima quidem, verum ut ditiores æque, ac pauperes afficiat, pœna pecuniaria non in genere designi, verum vera pars Bonorum, seu Quota determinari debebit.

§ 24ª.

Si Exilium, Relegatio fiat ex Monarchia, in locum inhabitatum, tunc sit illius

illius, ad quos mittitur. Delinquens onerei, novis sceleribus in ignotos grassaturus. Qui vero ex fragilitate, & levitate animi delinquit, ubi relegatus fuerit, facile ad illicita vitæ media, ex desperatione prolabetur, temporaneam tantum relegatorum eorum, quorum opes simul, & ambitio, Reipublicæ periculosa esse possent, vel qui vindictam spirant, politica nonnunquam suadere potest prudentia.

§ 25ª.

Deportatorum Delinquentium in suas proprias Terras, alturam adhuc desiderantes, Russi, Angli, & Galli, non sine emolumento exercent. Si delinquens certo mansionis loco, quem deserere non possit adstringitur, ibi vigilibus Magistratus Politici talis observatur, hoc Confinatio audit, estque pœna Species per Legislatorem non omnino negligenda.

§ 26ª

§ 26ta.

Officiatis in rebus officii dolose versatus, officio privari, & pro re nata, etiam aliis poenis adfici; ineptus vero, & inhabilis ad altum, de cetero cui par est, debebit detudi.

§ 27ma.

Quæ Pœnæ sunt Naturæ singulorum Delictorum accommodatissimæ?

Pronis sanguinarii Leges Draconum Populum obtusum, & obduratum faciunt, ita e contrario justo leniores pœnæ ad finem non sufficiunt. Affectatam illam muliebris sexus compassionis, & teneritatis humanitatem, quæ nostra ætate in jura criminalia magnæ humani generis malo invaluerat, dum atrociores quoque pœnæ, sub prætextu defensionis juxtim humanitatis eliminabant, etiam Kant castigabat.

§ 28va.

Nimiam quidem Legum criminalium apud nos lenitatem, non est quod metuamus; non tamen desunt Delicta, quæ multo durius, quam vulgo fieri solet, puniri deberent. Huc pertinent Feneratores; omnis generis Mendici validi; Ludus mere aleatorii, in quibus magna summa periculo exponitur, relate ad vires, & facultates tuentis; Violentia; & Injuriæ per Potentiores Pauperibus illatæ; Excessus Officialium Publicorum quorumcunq in rebus officii; E converso Delicta, quæ lenius puniri deberent, quam vulgo hactenus ex Lege fieri solebat, sunt verbi gratia: ———

1mo) Furtum, nunquam get tanta pœna adfici, quam Delicta contra Vitam, & Sanitatem commissa, quia Sanitas, & Vita sunt irreparabilia, non item Bona. Si Legislator minoribus Delictis

licio magnas ponas posuerit, & hauriet, nihil manebit pro majoribus Delictis. si vero & majora, & minora Delicta eodem modo punientur, ad majora Delicta scelesti animabuntur. Pœna e.gr. Furti, nunquam debet ee Mors, verum corporis afflictiva, cum laboribus lenioribus, vel durioribus tem, porariis, vel perpetuis, in, vel absque compedibus, & prout videlicet Furtum, v. Simplex, vel Violentum, seu periculosum, vel primum, aut repetitum, vel ordinarium, vel extraordinarium, prout rerum campestrium, agrum, sacrilegium, aut in casu miserabili commissum.

2do Justo severius videntur vulgo puniri Delicta Carnis qualificata, ut sunt.

a) Adulterium. Si pars cõsa adulterium tacite, vel expresse condonet, censetur novum Contractum matrimonialem inire; hinc in tali casu Judex ex officio procedere non debet; si non condonet, aut adulterium ita scandalose exerceatur, ut per id Educationi, velut modo, & medio felicitatis, & securitatis Civilis officiatur, aliquot Mensium, aut anni unius captivitas cum paraoxii vitæ, & nonnunquam proportionata pœna corporali, tam Viro, quam Mulieri adulteræ, huic tamen majori gradu dictanda sufficere videtur.

b) Polygamia, velut consulto, & deliberato animo patratum, Reipublicæque multo periculosius, velut etiam cum adulterio, sub prætextu & specie fidei publicæ exercito, connexum Delictum, majori quidem, quam Adulterium pœnæ est obnoxium, non tamen Morti.

c) Violenta libido, deportatione prout quo Rnos, aut longiori captivitati annexis panis corporalibus, gravioribusque laboribus compescenda, quæ eadem pœna etiam.

d)

d.) Lenocinium licet in minori gradu
dictari posserunt.

e.) Delicta carnis citra Naturam,
magis Conscientiarum, quam Crimi-
lium Judici relinquenda sint, obser-
vatis tamen iis, quæ in superioribus
pluribus Locis de immoralitatibus
dicta sunt. Si enim scandalo, occa-
sioni, occasionem dent, apparatibus
formando Populo inservientibus
impedimento sint, graviter puniri
debent, occulta ejusmodi Delicta in
lucem producere non est consultum.

f.) Certe an incestum, poenamque
Mortis incestui impositam, ultra
quam Moses fecerat extendere in
Republica, an utile, vel necessarium
sit dubitare licet; id vero procerto
affirmari potest, quod in casibus illis,
in quibus Moses Mortis poenam dicta-
vit, a Mose recedere, & plurimum ab-

Asce

Carceres Legislatori dictari integrum sit.

g.) Nullum Crimen magis anxi-
um reddit Legislatorem, quam
Infanticidium, nullum enim terribi-
lius, quod naturam ad indignam,
& horrorem magis provocet, & tamen
vix ullum excusabilius. Ex una par-
te plus, quam simplici Morte di-
gnum videri potest, quæ Prolem su-
am post longa 10 Mensium fasti-
dia, in auras vitales protrahat,
Prolem sanguine Matris adhuc ruben-
tem, Matrem opem, voce, qua movere
dicitur feras quoque, implorantem
occidit. At si quis cogitaverit, quam
difficile fuerit imbecillitatis, in tu-
multu passionum per Pedetorem
inflammatarum, commissa sequelas cal-
culare. Si quis perpenderit extraordi-
nariam, & vehementissimam illam, quæ par-
tum comitari solet, Corporis, atque ani-
mi Nervorum Concussionem, confusionem
etiam Animi vehementiorem produce-

re

re in istiusque adjunctis Phantasiam, & imaginationem per mille terricu lamenta, acerbissimosque predicta ti actionis doloces excitatam, fa cile Intellectui, & usui Rationis pre valere, ille certe perspiciet, infelicem istas eo facilius, nonnunquam admo numentum dedecoris sui exstingven dum prolabi potuisse, quo majori fa cilitate predicta sunt, tenericoci quoque pudoris, & honestatis puellaris sensu adficiuntur. Cui ergo hoc Deli ctum nonnisi in momento Melancho lid, aut prorsus desperationis com mitti possit, nec Civitas jacturam homi nis recenter nati mille periculis ex posiți, & vel ex vitio natiuitatis, raro u tilem Reipublicæ Civem adulturum, cum jactura Civis nati jam adulti, educati, in eadem lancee suspendere possit, quis tali Puellæ gladium inten tare audebit? id certo eo minus fiet posterit, quod qualitercunque Respu blica

blica honoris, & existimationi talium Per sonarum consulere satagat, proprium tamen sensum dedecoris, quo optima quoque maxime tanguntur, illis exime re nunquam poterit. Aliquot tamen annorum Captivitas in Domibus correctoriis, & scalatoriis illis transigenda dictari poterit: Utcunque si Parentibus sub gravi pœna imponatur, ut omnem illum, qui nihil minus, quam de Matrimonio cogitare præsumi potest, a conversatione Filiarum suarum arceant, si pudicitiam virginalem tentantes puniantur, si eandem violantes, ad ducendum, vel dotandum adstringantur, & in 2ori casu, etiam alia pœna adficiant, si Puellæ lapsæ ab omni dedecore, & pœna immunes pronuncientur, foret Infanticidiorum numerus minuetur.

§ 29a.

Duellantibus pœnam Mortis dictare est inutile, quia jam Specimen Mortis contemtæ dederunt, foret eos eam injustum, quia sponte fecerunt. Duellum est Delictum

in Se

in suam propriam vitam, species Suicidii, adeoque magis in regiam Moralis Doctrinæ, quam Juris pertinet. Cum autem vindicandi, aut defendendi vel pluriemum honoris causa soleat suscipi, fors infamiæ poena huic uni Delicto est conveniens. Nemo enim, qui sapit, honorem Infamia redimet. Si amissio Officii, & Characteris, vel Captivitas dictata fuerit, hæc in casu repetiti Delicti, perpetua esse debebit, verum nisi perversus modernorum Heroum de honore conceptus mutatus fuerit, pœnis contra hoc Delictum emungendum proficietur. Romanis, & Græcis, quorum seculum, & honoris studium nobis sexe incredibilia videntur, Duellum incognitum erat.

§ 30ma.

Quæ procedura in causis Criminalibus observanda?

Procedura in causis Criminalibus apud nos in fundamento est sexe illa, quo-

quo vix observari quam recentissimi Juris Criminalis Scriptores commendant, in qua in genere pro Data ponitur hoc, quod diversis a Judice publico Officialis, v. gr. Fiscalis, cum adjutorio Politiæi Magistratûs, sub tamen inspectione, & directione Judicis, & controlleria quasi in Fiscalem publicum, & deliquentem, per ipsum servanda instructum at Processum, instructumque, & concludendum, judicio, in quo ipse votum non habebit, substernat.

§ 31ma.

In specie vero omni Homini non tantum licebat, verum etiam incumbat, occultum Delictum Criminale, Politico Magistratui denunciare. Si denunciatio non fecit manifeste infundata, rem judicio deferet, cujus auctoritate dein premissa generali generali Inquisitione, Fiscalis prout nos vocamus Magistratualis

Litem

Litem Criminalem, Liti Criminali denunciato intentabit. Denunciationem manifestè infundatam Fiscalis Magistratus rejicere debebit, si eò non obstante denuncians instistat, & in proba succumbat denunciatum, in quantum possibile exit indemnem praestet, & qua calumniator puniatur.

§ 32ª.

Sedes Dominales, seu Domini Terrestres, prout etiam Communitates oppidana, aut etiam Civitatum minorum jure gladii gaudentes, vel huic juri renunciare, simulque ad expensas Judiciorum publicorum a proportione Malefactorum ex suis Jditionibus oriundorum concurrere, vel vero praeter Fiscalem, Judices idoneos, & approbatos Salario provisos alere deberent, quo fine plures Domini Terrestres, ad sumtus suos faciendos, tolerandos coalescere possent; quibus tamen judiciis semper Politicus Magistratus interesse, & quoad legalem Procedurae formam etiam inspicere deberet.

§ 33ª.

Ut in alios Judices, ita vel maxime in Criminales viri prudentissimi, & sanctissimi, Psychologicis etiam Scientiis, & multa Scientiâ, Experientiâque praediti, quibus videlicet Latebrae actionum humanarum, Cordiumque recessus, affectusque, & inclinationes tanto magis cognita sunt, exquiri deberent.

§ 34ª.

Ne illos quidem, qui absq; citatione capi possunt, pr. Judex comprehendi curare, nisi: 1mo) Corpus Delicti adsit, seu clarissime; Delictum esse commissum. 2do) Nisi fide constans, & unanimis rumor, vel fide dignorum virorum relatio, vel lata haetenus male acta, vel certa externa signa contra comprehendendum militent. Contra Nobiles vo in requirenda circumstata investigatione tanta, hq circumstata non desint.

§ 35a.

Cum omnibus nostris judiciis copiosa Jurisprudentia prater Judices interesse soleat majorem publicitatem urgere superva-caneum est, cum interceptis aliquibus etiam si quis innocens declaratus fuerit, fere indelebilis macula sit, id agendum, ut captivi, antequam condemnentur ipsos deliquisse, quantum fieri potest honeste serventur.

§ 36a.

Etiamsi conjectio individualis judicis contra accusatum militet, nisi tamen objectiva, & legalis certitudo adsit, non condemnare hominem potest.

§ 37a.

Omnis pœna legi non conveniens est injusta, vel in accusatum, vel in Rempublicam; prout etiam omnis allevatio & exasperatio lege non prescripta

§ 38a.

Tortura, Territio, Juramentum purgatorium, aut promissa remunerationis, fraus & circumventio, ad Delictum discendum per Judicem, aut Fiscalem Processum instruentem adhibenda, [illegible] judicio procul esse debent. Irrusatus tamen coram Judicio manifeste mentiens, cum ista cautela propter mendacium puniri potest, ne pœna illa ad eliciendam confessionem inflicta esse vocatur.

§ 39a.

Propria accusati confessio, prout non semper ut necessaria, ita ad plenam probam faciendam non semper sufficit, licet judicialis sit, non est necessaria, ubi alias plene probatur, non sufficit, si Corpus Delicti non probat, vel examinari non possit, vel aliæ datæ præsumtiones, aut indicia non adsint, vel denique natura sceleris commissi non ea est, ut probata per confessionem propriam legalis actionis realitate Corpus Delicti simul probatum sit. Ceterum, ut plurimum Fiscalis, aut Judicis errore fit, ut vel ipsa confessio judicialis valide revocet.

§ 40a.

Confrontatio Testium, a se invicem discrepantium est majoris momenti, & magis necessaria, quam confrontatio Testium cum accusato, qui ubi accusatis omnia negat, tunc deberet

sicri

fieri, quando jam plena proba contra ipsum, aut proxima judicia adsint. Eadem est ratio.

§ IIIa

Defendenti Advocato, cum inaccusato colloqui, dum & quando committi debet, licet sæpe præsente tantum Judice.

§ IVa

Si quis clare probatur esse nocens, condemnatur; si clare probet ee innocens absolvitur a causa, sensu tantum absolutionis, non a causa, nec potest minus plena proba, minus plenam, uti dicunt, poenam, condemnationem, aut poenam extraordinariam post se trahere; licet actio in Criminalibus Judicem non regulet, poterit ein Judex, & debebit Quæstionem præter Libellum mensato ponere, & de aliis secleribus, sub decursu Processus prodeuntibus Sententiam ferre.

§ Va

Referendus est, enarratis circumstantiis, quæ Processui occasionem dederunt, cursum Processus, & formalia breviter perstringere, argumenta pro, & contra, Corpus Delicti, nec non pro & contra, accusatum producere, in quantum is nocens, vel innocens probetur; declarare, deinde qualitas secundum Legem puniendus sit, demum circumstantias aggravantes, & alleviantes, denique Sententiam prout illam projectat adponere: hæc cum reliquis Judicibus prævie communicare; pœna in pleno Judicio adsumenda, & discutienda, Sententiaq mediante decidenda.

§ VIa

Sententia in Criminalibus lata, semper pro appellata censetur, nec enim Fiscus Magistratus pœnam remittendi, nec convictus, eam subeundi jus habent, itaque ex officio per Judicem inferiorem, semper ad Forum Judiciarium superius submitti debebit, quod Forum, vel discussioni satis cum satis sufficiat, tale ee deberet, ad quod nulla Curiles appellarentur.

§ VIIa

Licet autem Fori talis Supremi Sententia

AKADÉMIAI KÖNYVTÁR

tea executioni danda sit. tamen Sententia Criminalis in rem judicatam nunquam abit, adeo, ut vel in Supremo Foro absolutus, prodeunte successu temporis dum & quando veritate, adhuc jure convenirj, & convictus, qui velut victima boni ordinis cecidit, prodeunte innocentia, si quo fieri possit in integrum restitui, aut saltem pro innocente declarari, sicque memoria illius vindicari debeb

§ 770a

Expensas Processus Criminalis, in Judiciis privatis semper Dnus Terrestris ferre dt, in Judiciis vero publicis in casu convictionis Delinquens; in casu absolutionis vero si fato evenerit, ut innocatus sub Processum ceciderit, status Publicus expensas tolerare dt, si culpa sua occasionem Processui dederit, tunc ille ipse, si patrimonium ejus sufficit, secus civitas eas dem ferre cogetr. Si vero culpa, v. ex passione Judicis Processus exoratus sit, idem & Respublica, & inquisitum indemnem prestare tenetr. Si vero dolus ex dolosa alterius actione Processus exercitij, dolus nocebit dolosi, qui si dolum prestare, damnumque refundere non possit, facta per inquisitum in

sui

sui intentionem, & defensionem expensa velut casui tribuenda eidem, reliqua vo Reipublica incumbent.

Finis.

Aō 1805 Die 20a Januarij.

Observationes ad 37 Rubricas in Tabella Dicationis existentes in Opusculo Svedenziano hic habentes.

1o) Census Capitis proprii cessat, quia Colonii Caput nihil importat.

2o) Census Capitis Filiorum, & Filiarum 15 Ao majorum cessat, quia vocat impopulationi, & onerat Patresfamilias.

3o) Census Capitis Fratrum minorennium cessat, prout jam Punctum.

4o 5o 6o) Contributio Inquilinorum, & Subinquilinorum stat, quia secus plane immunes manerent, quia nullas colunt Terras.

7o 8vo) Contributio Servorum, & Ancillarum cessat, cum ex nihil habeant, nisi mercedem, seu Conventionem a Heris, & praeter illam nihil possint promereri, si Contributionem solvere deberent, illa semper recederet ad Heros, qui jam ab Agricultura Contributionem solvere debent, alioquin ad cujus fundum instructum Famuli pertinent.

9o 10o) Jumenta, seu Boves proprii, vel conducti jugales, pariter ad Fundum instructum pertinent, ergo non possunt separatim dicari.

11o) Boves Laginarii s: Jöböl s: non possunt dicari, quia augeret per id pretium Carnis, & sic manufacturarum pretium; & quia venditio talium Boum, est praecipua pecunia in Regnum inducenda modus, ergo non sit gravari; denique a pratis, & pascuis alioquin contribuis dicit, debere dicit, ergo si tamen adhuc tales Boves dicarent, idem Objectum bis dicaretur.

12o 13o) Vaccarum mulgibilium, & non mulgibilium dicatio, propter eandem rationem cessat.

14o 15o 16o) Vituli, Juvenci, Juvencae, aut trium annorum non sint dicari, quia nihil important, si vendant non sunt amplius.

17o) Equi jugales pertinent ad Fundum instructum, sine quo ager non pt coli.

18o) Equi equitales nihil important, & non possit dicari, nec deberent gravari, ut suppetant Equi in Regno ipso pro Equitibus levis armaturae, ne ab aliis Nationibus debeant emi.

19o 20o) Hinnuli, seu Equi 1i, 2i, aut trium ao, ut supra de Vitulis.

21o)

AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

21 22 23 Setigeri, quos alioquin ex Furcia emere in magna copia emere solemus, & debemus, & Oves, non dnt dicari, quia Sylua, Pascua, prata, alioquin dicantur, ergo his deputeretur Contributio, Capra possunt dicari, quia nocent Sylvis.

24 Domus Colonorum non dnt dicari, quia nihil important, imo exportant, eo minus dnt ergo in tres Classes dividi, ut sic meliores Domus majori Contributioni subjiciant, quia potius animari deberent ad solidas Domus ædificandas.

25 Census Agrorum stat. Dnt Agri in II Classes dispesci, prout etiam

26 Prata, &

27 Vinea in tres Classes.

28 29 30 31 Contributio Pruneti Tortarii, Ferrique Tabaca, oleribus conditis imposita, sub unica Rubrica Hortorum in II Classes dispescendorum manere potest.

32 33 Mola sicca, & Fluviales cessant, verum Molitores venient ad Rubricam

Camopificum 1æ Classis, ruxi existentium, quia non ab Instrumento, verum ab Arte debet solvi.

34 35 36 37 38 Sub his numeris occurrunt diversa Machinæ, ut sunt Trola, triaria, Vini, & Canabis, prætexea Cuculla & Macella, quæ ora sub una Rubrica Arrendatorum stare possunt, verum præstatio talis ab Arenda, non debet gravari valde, quia cessabunt arendare.

39 40 41 Sub his arcis sunt pariter diversæ res, quæ in Arendam dari solent, adeoque sub 1æri Rubrica contineri possunt, obtinges vero Arendatorum ex possunt.

42 Olla Crematoria comprehendi possunt sub nomine Professio histar, seu opificum Lagenium.

43 Apes non dnt dicari, quia Prata, Sylvæ, Agri, horti, alioquin dicant, atqui apes inde vivunt, porro Commercium Ceræ, valde posset, & debet augeri, ergo non dnt gravari.

44 Professiones opifices in tres Classes distincti, taxari possunt, sed levi-

ter

ter, ut numerus horum augeat, neque
saltim interna Consumtio cresceat, cum
externa carere possumus.

+ 15to) 16to) Mercatores, & Institores
subruna rubrica ee dnt, atque in
tres Classes distingvendi.

17mo) Sub hac Rubrica stant Pecora
in Communitatum Pascuis, insimul
pasci solita, verum cum omne Pecus,
a Contributoe liberum ee debeat, e
contra omnis Terra usui inservi-
ens, & utilitatem praestans dicanda
sit, Pascua dnt potius pro numero
Jugerum dicari, & in 3 Classes distingvi

18vo) Vectura, hic modus vivendi, ideo
Professionistae ultimo loco ponendum,
nunc isti tres triplicit dicant, 1mo)
A Pratis, si qua habeant, solvunt. 2do)
Ab Equis jugalibus. 3to) A Quaestu
seu Vectura, cum tantum absque Pra-
tis nec Equos servare, nec absque
Equis Vecturam exercere possint. +

19no) Manuarii, Diurnalistae non dnt
specialiter dicari, quia in rubricam
Inquilinorum, & Subinquilinor jam solvun-

20mo)

20mo) Ligna pro Foco, pro Aedificiis, pro
Vendition destinata, Sylva, dnt
in 4 Classes distingvi, & jugeratim
dicari.

21mo) Arundineta in tres Classes distin-
gvi, & jugero 1ae Classis 20. 2dae 15.
3tiae 10 Xfri imponi.

Observationes ad hanc Sp. Dni Mor Kövy.

Sic ergo prout dr in Projecto Rdentiano
1mo) Rubrica 5ta reducanda in 4, qua
rres Systema Contributionis simplici-
us, & facilius redderet, & pro Colono
ipso, & pro Officialibus, & ipsa annua
Conscriptio etiam cessare posset.

2do) Impopulat, Agricultura, Res pecua-
ria, Commercium incrementa caperent,

3tio) Querela isti occurreret, quod idem Ob-
jectum, bis terque dicet, aut tale quid
Contributioni subjiciat, quod nihil im-
portat, se exportat. Grelmans Statisti-
sche aufklärung Tom. 3. 1802.

Ad hanc rem scire debet, quid
voluerit Josephus IImus facere, scil. in suo
Epistolio, s: Hard Billet. s ad Comitem Car
Mar. Carolum Palffy, super Plano
Comitis

Contributionis in Hungaria de Dato
30 Decembris 1785 scribit: Se
velle Superficiem Hungaricã rectifi
cari, facere prædictam 5,311,0
Contributionem, s: Bellicam nõe, & Do
mesticam s in Fundos in Nobilium
xepartitis allodiales, habita ratione
Extensionis, & Proventus Fundorum
sicque rebus Colonorum, mobilibus
productis industrialibus, Capiti deni
eorundem imponi solitam Taxam
cessaturum, sola accisâ in quibus
dam Civitatibus mansura; dicit por
ro dicabm hactenus usitatam, pro
pter Objectorum multitudinem, seu
Rubricarum, s: 91 em sunt s tam pro
pter nonnisi Portarum improporti
onem, maxime vero ideo, quod No
biles a Contributione exenti sunt,
vitio non tolerando laborare; pro
mittit Juri suo, quod ht ex Defectu,
Fiscum renunciaturum, testandi
facultatem super Bonis Donationali
Privatis concessurum, insurgendi
onus remansurum, tantummodo
prædicti

prædictus Contributio etiam per
Nobiles proportionate ferat, si
hoc nobint Nobiles, dicit se, exer-
citia Militaria Nobilibus singu-
lo anno ce indicturum, urbaria
les Colonorum obligaões minuere
velle, & quidem tantopere, ut Co-
lonis non sit difficilior productio
naturalium ex terris onerei sub-
jectis, quam est Nobilibus & one-
re liberis, ne plurius constet Colo-
no productio, quam Nobili. —
Si vo præter, ut supra, prædictam
tem Contributionem Summam, plus ad-
huc solvere parati fuerint f. c. 200.
mittit liberrimam absque 30 %, omni
Productorum Hungaricorum educti-
om, Fabricarum, & Manufactura-
rum exectiom, & sustentaõm cum Da-
mno alicrum Provinciarum, modo
illud Damnum, quod & earum ex eo
pati debet, quod aliæ Provinciæ non
possent, illud onus ferre, quod modo
ferunt, Rex Hungariæ compensetj
si vo illud damnum Regnum Hun-
garicũ

AKADEMIJA ZNANOSTI TARA

garid compensare nollet, atque Summam 5, 314,000 augere Nobiles nollent, licet jam illam in se assumserint, sic Hungaria etiam, qua Imposterum Colonia ita tractabitur Commercium, Producta, & Manufactured ejus imposterum etiam promentur, Naturalia Viki pretio mercere cogentur, ut saltem illa utilitas ex hoc Regno capi possit, ut Militia vili pretio sic alatur, cui beneficio Rex sub conditione augendæ Contributionis renunciaret, & omnia currenti pretio Militia emeret, & sic de peroditarum eâmorum Regnum sublevaretur. Grellmans Statistische aufklärung 2er Br. 1797o.

Jantum.

Videm Aō 1803 Die 20a Januarij

Conspect

sit quid prudenti fiat.

Politica in Statistico correspondet
Iuri Gentium universi Naali & Bellici:
Politica in Statu Civitatis lato correspondet
Iuri publico universali & particulari alicui
juxta Regimini prudenti constituendi ad
ministrandæ secundum Politicam, item de
bendi vivendi multiplicandi agit in quan
tum ut Civitatis ad alia Civitates seu
Gentes tractat de Neutralitate Legati
nis Bello & Pace agit correspondet Iuri
Gentium Naali & Bellico ex Pactis &
observantia usuali solito.

Quid quid licitum & eam impolitum
verum pro omne quod licitum & prudenter
Politica illa tantum media sit adhibere
& ex illis eligere quæ licita sit, dan
tem an aliquid licitum sit vel non
ex Jure Naali & Bellico metiendum
& Politica in Statu mere lato sumpta
quatenus de finibus Societatis civili
obti-

obtinendo agit de juventa opinionum ex quo
ventate deducat scitu quid libet alio
scientia. Illud Opinione & Imposturæ ad
hanc debent explorari quales & quanta et
Politica, omne in quid quid ita
populationem promovet & Juri & regu
lat prudenti fit, si vero obest impopulatio
imprudenti fit & impolitum. Duo
major de Populatae & major Securitas
externa: si in cætera sint paria, præterea
& major de Celantia interna & plures
si modi vivendi & fontes ad pu
blicos & contribuendi.

M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

Politia in ſſo latiſſimo e ars ſeu Scien-
tia, qua docet ad quemcunq; fin obtinen-
dum, ex ſtatu hiuſce Mortis, quam accomoda-
tiſſima adhibere.

Nomen hꝰ a Græca voce Πολις quæ ſignifi-
cat Ciuitatem, quæ vox cum Ciuitatem Ciui-
lem ſeu Rempublicam, aut Statum Ciuilem de-
ſignat, hinc.

Politica in ſſo ſumpta lata & communiter
dicta artem ſeu Scientiam, media ad finem
Ciuilem obtinendum accommodata ſtatui ſeu
qui finis finis e Ciuitate conſtituendo Ciuili
Ciuiq; Politica in hoc ſſo hꝰ 4. partes
1mo Politicam in ſpecie ſeu in ſſo ſtrictiſſimo
dictam quæ agit de forma Regiminis in Ci-
uitate ſeu Statu Ciuili pro fine Ciuili
& Administranda: item de ortu seu habitu
Ciuilis erga alias Ciuitates deq; de Secu-
ritate externa.

2do Politicam de modis conſervandæ ſecuri-
tatis interna.

3tio De Commercio ſeu de quibuſdam
actibus vitæ agendi aquirendi &c politicandi.

4to De Tranſitu ſeu Cæteris rei Navali
ſeu de commercio publico.

In ſpecie in Capite quod ſequitur de Politia

lata

Conspectus Scientiarum Politicarum.

Introductio Generalis in Scientias Politicas.

Homo esse Naturâ Sociale, quia in Statu solitudinis, suis necessitatibus satisfacere non potest. Societates minores, utpote Domestica, Conjugalis, Paternalis, sunt relati gradu ad majorem, & Civilem Societatem, cujus qualiscunque sit Forma Regiminis, Natura, Essentia semper est eadem, finis etiam est idem, nempe: Securitas, Commoditas Vitæ. quæ in Statu solitario, aut ex minoribus Societatibus, vel prorsus non, vel non adeo ac in Societate Civili potuit attingi.

Datur ita gubernandi Rempublicam, ut Civibus Securitas & Commoditas procuretur vocat in genere: Politica, quæ 4 ta Partes, quia Se-

curi-

vel casus fortuiti. Actiones fluunt ex voluntate, & facultate physica agendi. Voluntatem moderant, & determinant motiva cum actione connexa, v. gener. bona, & mala, quæ sæpe sunt generalia tantum, veluti: Moralitas, & Opinio de præstãa Legislatoris, hæc duo operantur Medicam Legi spontaneam, quæ non semper sufficiunt, ergo & cum coacta Medicina procurari, hoc fiet si vires privatæ, viribus totius sint minores, & subordinatæ, & sic totius Securitas, & Civium procurabitur, quæ est vel Securitas actionum, vel Securitas Personæ, vel honoris, vel rerum. Hæc obedientia coacta, nonnunquam pœnis, nonnunquam vero præmiis, quibus malis actionibus, quominus illæ committi possint occurritur, procuratur; denique casus fortuiti mœnia, vigilantia Politica averruntur, vel minus pernicioſi reddantur. In hac Ergo Parte agetur:

1o De Moralitate.

2o De Opinione, quæ di ingenerari debeat de præstantia Legum.

3o Qualibus modis possint vires privatæ compesci, & viribus Reipublicæ subordinari.

4o De Securitate Civium, quoad actiones ipsorum.

5o De Securitate Personali.

6o De Securitate honoris.

7o De Securitate Bonorum.

8o De Pœnis.

9o De Mediis, quibus facultas malum faciendi scelerati hominibus auferatur.

10o De modo casibus fortuitis occurrendi, si vero emerserint, sequelas coarctandi, & leniendi.

CAPUT I^um. DE MORIBUS.

Boni Mores, Virtus Politica, & Socialis, sunt idem quoad Legislatorem, habitum actiones suas Legibus Societatis attemperandi.

Circa Mores debet Legislator

1o Illa ita adhibere quæ Mores formant, vel

veluti sunt: —

a) Religio; quia saepe ex Principio Religionis retinetur quis a malo, ubi oculos Legislatoris effugere, poenamq; evitare posset, alioquin quid Plebem ut plurimum Religio Educatio supplet. Hinc debet Respublica Ministros Religionis sufficienter, & idoneos alere, & quidem ponere, quod uti Hor. Connenfeltz dicit, absque aggravio Plebis fiat: Si Divitis Clero superflua auferantur, & indigentioribus addantur. Debet praeterea Disciplinam Morum, quoad Ministros Religionis severe observare, Scandala, & tumultus in publico Religionis exercitio prohibere.

b) Educatio; quae quidem immediate Parentibus incumbit, verum etiam Reipublicae cingilandum est, ut Parentes obligationi suae satisfaciant. In hanc rem faciunt varia

Insti-

Instituta, utpote Academiae, Fundationes, in quibus tantum, si qui educant, deberent Scholas publicas frequentare: nemoque eo deberet recipi, quam qui prorsus Statui, generique convenientem educationem, praeter-propter paupertatem recipiendi non possunt, quia omnis Convictus, & Educatio communis est valde periculosa. Porro hoc faciunt Domus publicae, in quibus Infantes exponi possunt, & gratis absque omni quaestione recipi debeant, neque per id, aut Castitas Virum periclitatur, aut multitudine deponendorum in talibus Domibus Puerorum, fundus illarum, quantumvis exiguus exhauriatur, quia Lascivia extra Matrimonium exercita de probibus nascituris ne cogitat quidem, aut cogitationi si vacaret, etiam Delictum intermitteret, in Matrimonio viventes Personae autem, si vel pauperrimi, & scelleratissimi Mortales sint, aegerrime Probibus suis carere solent. Proles

au-

autem tabbus Domibus exceptas, vel qualicunque demum ex causa per Rempublicam educandas, praestat per Rusticos in Pagis educari curare, quin simul in Orphanotrophiis alere, quia in illis propter defectum sufficientis procurationis, maxima pars talium Infantium mori observata est.

C) Sciet; quia quo magis excultus Scientiis illuminatus est Populus, eo magis, & facilius pt regi. Scicas damnare idem est ac Solem, v. Lucem damnare, hinc Scholas majores, & minores exigere; Docentes liberaliß alere semper incumbit Reipublicæ, in Scholis illa dñi Lucri discere, quæ adulti facere debebunt.

Theatra etiam, v. ludi Scenici ad Morum, humanitatis, & Linguæ Culturam plurimum efficiunt, si rite ordinata fuerint.

D) Debet Legislator ea cuncta removere quæ Moribus nocent, hoc facit: — Censura Librorum, qui bonis Moribus nocent, ita tamen ne per id Scientiis, & Libertati scribendi, vis inferatur.

b.) Otiosorum prius ad laborandum coactio, fiet: —

α) Si Mendici publice mendicare prohibeantur.

β) Si quilibet eatenus dare teneatur, quali vitæ genere se alat.

γ) Prodesset etiam restrictio illorum, qui inutilem, ac otio similiorem professionem exercent.

c.) Numerum Studiosorum minuere, ne nempe plures discant, quam applicatio futura requirit, neque item hæc ab agricultura, artibusq; avocentur.

d.) Regulatio Famulitii, ut videlicet numerus Famulorum vacantium minuatur, quo fine debet constitui Homolicus, apud quem & Dñi Servos quærentes, & famuli Dños desiderii

AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

